Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



temptus uilia que aspectus ostendit. de sola cogitent homines sua
uitate que intrinsecus latet. Quicumque ergo alicuius rei cupit esse possessor
non gestatorium magnopere. sed ipsum quod gestatur spectat. Non ergo offendat
aspectus uestros iste noster habitus uilis. intus enim latent ea que eternam uos faciant
et gloriam inuenire et uitam. Nos enim omnes homines de uno patre. et de
una matre nati sumus. Qui cum facti essent. et positi in regione uiuorum sua
dente angelo inuidie. preuaricati sunt legem quam a suo conditore susceperant. et ser
ui facti sunt eius cui suadente obtemperarunt. Post hec cum ipso angelo de illa
regione uite eterne proiecti. in ista terra exulati sunt. Sic tamen exulatis miseriam
suam deus in hac parte constituit. et si homo creatorem suum solum deum excoleret. inimi
cus ille angelus eum nocere non posset. Peregit autem hic ipse pessimus angelus ut homo
a creatore suo discedens idola coleret. et elementa adoraret. et diceret. ligno
quod ipse dolauerat tu es deus meus. Hunc autem errorem in hominibus hic angelus prin
ceps inuidie ideo et nutriuit et nutrit. ut ipse eis dominetur et faciat de eis quod ipse
uoluerit. quoniam deus uerus quem iste angelus malus timet non est cum eis. Hac de cau
sa uos per magos suos quamdiu uoluit fecit tacere. iterum fecit uos non ui
dere. iterum fecit uos immobiles permanere. Unde ut prebetis ita esse uenite
ad nos. et promittite uos ab idolorum cultura discedere. et solum deum inuisibilem
colere et adorare. et cum hoc feceritis imponemus manus nostras super capita uestra. et
signa faciemus christi in frontibus uestris. et si non confutaueritis eos. credite nos fallere
omnia quecumque asserimus. Tunc uniuersi illi aduocati considerantes rationem uestram
prostrauerunt se apostolis dicentes. Vos facite ut non possint nobis lingue impedi
re officium. nec aliqua in menbris nostris impedimenta inferre. et sit super nos
ira dei. si ultra idolis crediderimus. Tunc adorauerunt simul sancti apostoli simon
et iudas dicentes. Domine deus israel qui exinanisti magica ficmenta iamnes et man
bres et dedisti eos in confusionem et ulcera in carnibus eorum nasci iussisti. sic ue
niat manus tua super hos magos zaroen et arfaxar. Hos autem famulos tuos
promittentes quod ab omni cultura idolorum discedant. fac fortes et stabiles.
et constanter contra eos insurgere. ut cognoscant omnes quia tu es unus om
nipotens qui regnas in secula seculorum. Cumque respondissent amen. signati sunt
in frontibus eorum et abierunt. Ingressi autem cum duce ad regem. assiunt et magi
uolentes facere ea que fecerant. et nulla poterant ratione preualere. Unus
autem ex aduocatis nomine zebeus dixit. Audi domine rex. Ista stercora abici
enda sunt. et ex tuo regno emundanda. ne forte omnibus putredinem
generent. Habent enim secum angelum humani generis inimicum. et ludi